

Quia verò ἀδύνατα nostra magna est: instanter colluctemur cum incredulitate, adeoq; cum misero illo opem Dei flebiliter imploremus; dicendo,

Credimus Domine, sed incredulitati nostræ succurre. Marc. 9, 24.

Ἐπίλογος. *AUDIVIMUS hucusq; doctrinam totam de precatone Christiana &c.*

Perduximus ita ad finem Dei gratia singulari Catechismi explicationem: cui propterea debemus omnes, cum Ministri tum Auditores sacrificia εὐχαριστικά.

Viam salutis & unicam consolationē in vita & morte cognovimus.

Superest, ut viam eam cognitam lati ingrediamur & constanter ad finē usq; in ea ambulemus: ideoque in fide & pietate vera subinde proficiamus: freti S. S. ex promissionibus auxilio.

Sic veram consolationem tum in vita tum in morte, quomodocunq; res ceciderit, obtinebimus, & fidei finem, animarum salutem reportabimus. 1. Pet. 1, 9.

Quod faxit omnipotens & benignus Pater D. N. J. C. cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas æternū, Amen!

*FINIS.*